

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrpedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Illustration: Tab. LXXV. Laubfrosch; Rana, Frosch; Bufo, Krötte; Bufo
Caudatus; á Circulatoribus fictus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

Laub froesch .

Laub froesch .

Laub froesch .



Rana . Froesch .

Rana .

Froesch .



Rana .




Froesch .

Bufo .

Krötte .

Bufo . Krötte .



Bufo Caudatus



à Circulatoribus fictus



Ambros
De Dj
git. Ov
Li. c. I.

Nomen

Beschreib



HISTORIAE NATVRALIS

DE

QUADRUPEDIBUS

LIBER IV.

De Quadrupedibus Digitatis Oviparis.

TITULUS PRIMUS

De Digitatis oviparis cute tectis.

CAPUT I.

De Rana.

ARTICULUS I.

De Ranis aquaticis.

Ambrosin. De Dig. Ovip. li. c. 1.

Hactenus de Quadrupedi-
bus viviparis egimus, se-
quuntur Ovipara, quae
vel *cute* teguntur, vel
crusta. Cute autem te-
guntur, *Ranae, Lacerta, Salamandra,*
Stellio, Scincus, Cordylus, Chamoeleon,
et Crocodilus. Rana alia est *Aqua-*
fica, alia *Terrestris*. Illa a sua garru-
litate Isidoro dicitur, quod aestivis
diebus suum ra ra perstrepat, aliis a
77 Ebraeo, quod est vehementer ex-
clamare. Graecis dicitur *βάτραχος*,
παρὰ τὸ βοὴν τραχείαν ἔχειν, quod aspe-
ram vocem edat. Vocatur Varino
et *βάξ*, *βόραχος*, *βρόταχος*, *βύραχος*,
βρόσανχος, *κααρήλιος*, *καάξ*, *βλίκαρος*,
Cypriis *βρέχετος*, Ionibus *βάθρακος*,
Phocensibus *βριαγγόνη*, Ponticis *βά-*
βακος, modernis Graecis *βόρδακος* sed
et *γυρίνος*, pro eadem simpliciter a-
pud Ethymologum sumitur. Vari-
no etiam *βρίνοι* et *παρφυσίδες*, ranae
sunt, quod buccas inter clamandum
inflare soleant. Animal est amphi-
bium, cuius pars prior carnosam lati-
tudine caret, natura, portionem
carnosam posteriori parti, in qua *cru-*
ra posteriora crassa et longa, anteriora
brevia sunt, addente. *Digitos* ha-
bet quinos, longos, membrana inter-
textos, ut commodius natare possit.
Foemina mare maior.

Nomen.

Descriptio.

Arist. Hist. A. 1. 4. c. 1.

Terga caput tangunt, colla inter-
cepta videntur,
Spina viret, venter pars maxima
corporis albet.

Ovid. Me- tam. lib. 6

Internas partes si attendas, *linguam*
illis instar linguae infantium primam
adhaerere, intimam vero a gutture
absolutam Plinius scribit. *Lienem* esse
parvum. *Hepar* secundum Bellonium
in tres dividitur lobos, sub quo una u-
trinque pulmonis pars conspicitur,
spumosa et minime sanguinea. *Inte-*
stina nodulis intercepta sunt. *Testes*
et reliqua membra animalium terre-
strium membris similia. In Anglia vi-
rides non conspiciuntur. In Germa-
nia, Italia, Bononiensi imprimis terri-
torio plurimae sunt. In irriguis Ae-
gypti locis tam frequentes, ut nisi a
ciconiis vorarentur, omnia foeda-
rent. In Cyrenaica et Seripho insula
mutas esse dicunt, forte propter a-
quarum frigiditatem. Et si vero et
in fluentis adpareant, libentius ta-
men in illis aquis versantur, in qui-
bus iunci et arundines virescunt, et
ulva crescit. In illis, qua nunquam
gelu concresecunt, omni tempore
reperiuntur, ne dicam de bitumino-
sis, in quibus eas viscositate sua naph-
ata obruit. Deglutiunt innatantia
animalcula, vorant et apes tal-
pasque mortuos. Herbis quoque

Plin. H.N. l. 11. c. 27.

Inte- Locis.

M.H. Hist.

H. Hist. A.

H. Hist. A.

M.H. Hist.

H. Hist. A.

H. Hist. A.

H. Hist. A.

Pistms.

Arist H.A.

19. c. 40.

Gener. Hist.

A a 2

vesci